Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ex more exclusit irata. Qui exclusus tacuit. & minuram
suam uersu tragico consolatus est. Gorgia rethor libru
pulcherrimum de concordia grecis tunc inter se dissiden
tibus recitauit olimpie. Cui melantius inimicus eius.
hic nobis inquit de concordia precipit. qui se & uxorem
& ancillulam tres in una domo concordare non potuit.
Cumulabatur quippe uxor eius ancille pulchritudi
ni. & castissimum uirum cottidianis iurgiis exagita
bat. Iote euripidis tragedie in mulieris maledicta sit.
Vnde & hermione loquitur. malarum me mulierum
decepere consilia. Inlepti urbe semibarbara & posita
insolitudine moris est. ut nurus altera die socrum
ollam mutuam postulet. Cui illa statim negat. ut
sciat illud uerum esse terentii. quod consulte ambi
que extulit. Quid hoc est. omnes socrus oderunt
nurus. Legimus quendam apud romanos nobi
lem cum eum amici arguerent quare uxorem
formosam & castam & diuitem repudiasset pro
tendisse pedem & dixisse illis. Et iste soccus
quem cernitis uidetur uobis nouus & elegans.
sed nemo scit preter me ubi me premat. Scri
bit herodotus. quod mulier cum ueste depo
nat & uerecundiam. Et noster comicus fortu
natum putat. qui uxorem numquam duxe
rit. Quid referam pasiphen cretem mestram
& eripilas. Quarum prima delicius fluens
quippe ut regis uxor tauri dicitur expetis
se concubitus. alia occidisse uirum ob amorem
adulteri. tercia prodidisse amphiaraum